quaginta florenorum polonicalium, ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij
in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium
haereditariorum, obligatoriorum mobilium et immobilium summarumq
quarumvis pecuniarum, necnon auri argenti clenodiorum, unionum, margare
tarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pe
culium, equorum, equiret, ac totius supellectilis domesticae nunc habitorum et
2000 in posterum habendorum dedit dotavit, dotalitiavit inscripsit et reformavit, pro
ut dat dotat dotalitiat, inscribit, et reformat praesentibus. Per ipsam
nobilem Nastasiam Iaworska sui Recognoscentis consortem legitimam et ipsius
posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum
universis ipsorum utilitatibus et usufructibus, competentijsq et prerogativa=
quavis, tenendi, habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifru=
endi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos
libere et effectualiter convertendi vigore ac more alienarum Reforma
tionum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Matkowski alteri Donat.

1261 Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Ca
pitanealibus Praemysliensibus Nobilis Ielcho Matkowski, sanus mente et corpore
existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Prae=
mysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successo=
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo
rando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum reco
gnovit. Quia ipse Nobili Alexandro Matkowski sui Recognoscentis
cum nobili Chyma Iaworska olim Nobilis Ilee Iaworski cum Nobili [illegible]
Catharina Tertulia consorte sua legitima progenito filio et ipsius successo=
ribus medietatem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum
in bonis villis Losiniec et Olnilu Terra et Districtu praesenti Praemysliensi
iacentium et consistentium, cum omni bonorum eorundem medietati praedi
cto Iure Dominio proprietate tituloq haereditario, Omnibusq et sin
gulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus
Commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijs suis et pertinentijs genera
liter universis, nihil exprimendo Iuris Dominij proprietatis ac cuiusvis
Competentiae

Competentia et praerogativis pro se Recognoscente suisq successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq conveniebat ac eidem legitime serviebant. Iam expunc et de facto suprascripto Nobili Alexandro Markowski et ipsius posteris dedit, donavit inscripsit et resignavit, prout praesentibus dat, donat, inscribit et resignat perpetuo et in aevum. In quo quidem bona suprascripta medietatis, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem donata idem suprascriptus Recognoscens praefato Donatario suo et eius posteris iam expunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem, per ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos diequacunq voluerit officiose acceptandam. per ipsum Donatarium suum et eius successores hoc eadem bona medietatis praedicta praemissaq omnia praesentibus donata, cum universis praemissorum utilitatibus, et usufructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumq successorum, quorsuis bene placitos usus fructus, libere et effectualiter convertendi modo et iure haereditario. Deberq et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos successores ad et super bonis suis generaliter omnibus summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefato Donatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibus. ipsum et eius successores in dictis bonis, praemissisq omnibus praesentibus resignatis, ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq personarum, cuius cunq conditionis, status et sexus Calesuis existendi exorienda, in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit per omnes processiones Terrestres, prout ad qualibet personam Terrestris spectat et pertinet praescripto, tueri, defendere, eximere, intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere. necnon hoc eadem medietatis praedicta bona, praemissaq omnia praesentibus resignata, ab omnibus in genere Iuribus, et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eiusq medietatis bona, praemissaq omnia praesentibus modo praemisso inscripta Caiuis

personarum

2004

Citeriis personarum, modo quovis factis et faciendis. Tum etiam à qui-
busvis Citationibus in eadem bona praemissaque omnia praesentibus donata im-
portatis et importandis Luenis denique et Perluenis, processibusque Iuris qui-
busvis, in quovis puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et of-
ficio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis
perductis et perducendis emendare et liberare, mundaque et libera semper fa-
2090 cere, ac etiam Inscriptionem praefatam coram Officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum praesentibus donatorum dum per Antedictum Nobilem
ducto officio requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem
libere dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem
et usufructum praemissorum omnium, quovis modo tam per se, quam per su-
as quasvis submissas et subordinatas personas non propellere nec adimere
Ipsumque Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo
modo inquietari, ita ut eadem bona praesentibus resignata cum Universis com-
oditatibus, et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quiete
et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere, et possidere
queat, illisque uti frui possit perpetuis et Universis Temporibus. Idque sub
Damnis Terrestribus, simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis
et educendis, per eundem Recognoscentem sive eius Successores praefato
Donatario suo et illius posteris, ob non Completionem praemissorum omnium
et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solven-
dum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter
absque Corporali Iuramento taxandis et educendis modo praemisso ad
solvendum succubitis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa
Complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Iacobus Mar-
kowski, sive eius Successores ad Instantiam praenominati Nobilis Alexan-
dri Markowski Donatarii sui vel ipsius posterorum Ad Officium prae-
sens Castrense Capitaneale Praemysliense, extunc recessu suprascripto quo ad
respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tan-
quam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terre-
stria simpliciter absque Corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni
huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Idem

Terminum

Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae
eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori mino
rennitate Successionem, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos officij ipsius
Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque
motiones appellationes ac contemptus faciendo, praemissaque omnia
poenis simplicibus vel triplicatis, cautionibus suspensionibus, ac alijs Juris pro
scriptione Terrestri, bello, Conventionesque vel alijs quibusvis Juris remedijs et
defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Haec vigore prae 2091
senti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Hnicki Jaroßowic alteri Donat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea-
libus Praemyslien Nobilis Alex Hnicki Jaworzowicz olim Nobilis Fedor Hnicki 126
filius sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictio-
nibusque suis quibusvis proprijs et competen recedendo praesenti vero Castrensi Ca-
pitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinente cum Succes-
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse suo et Nobilis Annae Jaworska Consortis suae Legitimae pro Cuius rati
habitione Cavet et se praesentibus inscribit nomine, Sortes suas proprias et haere-
ditarias infrascriptas nimirum sortes certas quae et quantae se Recognoscenti obtingunt
concernunt in Bonis Villae Łosiniec et Radłys (excepto fundo Kremenedicto)
Terra vero et Districtu praesenti Praemyslien iacen et consisten, cum Omni bono-
rum seu sortium Jure, Dominio, proprietate tituloque Donationis. omnibusque et
singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus proventibus, redditibus, commo
dis emolumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinen generaliter universis
nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac Cuiusvis Competentiae et praero-
gativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reser-
vando seu excipiendo. Verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit
habuit et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant
Jam ex nunc et de facto Nobili Procopio Hnicki Jaworzowic sui Recogno-
scentis fratri germano et ipsius Successoribus dedit, donavit inscripsit
et resignavit, prout praesen dat, donat inscribit et resignat perpetuo
et in Eum